Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sunt, de præsumptione ex præsenti in præ-
teritum &c. et sic ex hodierna obseruatione
ad præteritam feudi acquisitionem &c.

Nec certè uerisimile est, defunctis Ducibus
Vlrico & Ludouico a Teck, Dominum
directum descendentes ex sororibus etiam
foeminini sexus admissurum fuisse, si feu-
dorum istorum successio ad masculos + ex
masculis descendentes fuisset transitoria,
perea, quæ paulo post subijcientur.

+ tantum

Ex his omnibus apparet feuda controuersa
siue irrequisito directi domini consensu,
siue eo requisito & impetrato per Dominum
Hainricum Hochschlitz Anno 1370.
Vendita fuerint, vtroq; tamen modo tunc
temporis pro alienabilibus, & ad quos-
cunq; hæredes transitorijs feudis habita
& agnita, aut saltem tunc talia effecta
fuisse, quatenus antea talia non fuissent,
quod tamen verisimile non est, ut & præ-
cedens transitus vom geschlecht deren
von Hindelberg ahn das geschlecht der
Hochschlitzen zuerkhennen sib.

Nec obstat si obijciatur, quod alienata quidem
feuda